

**Dissertatio inauguralis medica de lapide philosophorum, ceu medicina
universali vera an falsa ... / [Justus Friedrich Haupt].**

Contributors

Haupt, Justus Friedrich.
Gerike, Peter, 1693-1750.
Universität Helmstedt.

Publication/Creation

Helmstadii : Typis Pauli Dieterici Schnorrii, [1742]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/adz7n63k>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

7,906/B

46558

No. 23.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
DE

LAPIDE PHILOSOPHORVM

CEV

MEDICINA VNIVERSALI
VERA AN FALSA

QVAM

ANNVENTE DEO

CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

PRAESIDE

D. PETRO GERIKE

MEDICINAE CHYMIAE THEORIAE ET MATERIAE
MEDICAE P. P. O. REG. SOC. SCIENT. BERO-
LINENSIS MEMBRO ET COLLEGII SVI
NVNC DECANO

A. O. R. clb lb cc XLII. D. V. APRIL.
IN IVLEO MAIORI

PRO DOCTORIS GRADV

CONSEQUENDO

PVBlice DEFENDET

IVSTVS FRIDERICVS HAVPT

NORDSTEMMA-HILDESIENSIS.

HELMSTADII

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII

ACAD. TYPOGR.



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE

LAPIDE PHILOSOPHORVM.

PRAEFATIO.

DAntur in omnibus scientiis & disciplinis quæstiones variæ, quas æternas vocare possis : cum quotidie & omni fere occasione illæ proponi soleant, in utramque de iis partem a doctis pariter & indoctis disputetur, & semper tamen incertæ eadem relinquuntur. Minus ea res incommodi habet, si tales quæstiones momenta in nuda contemplatione posita concernunt. Delicatiores & graviores sunt, quæ illarum ad agenda in vita pertinent : omni vero attentione & cura dignissimæ, si agenda ejusmodi sint generis, quæ omitti, vel evitari a multis & sæpius nequeunt. Sed uti generis humani maxime interesset, practicas hasce quæstiones ita resolveri, ut tandem, quid in iis verum, vel falsum, quidque adco sequendum, vel fugiendum sit, satis constet : sic maximopere dolendum est, easdem præ reliquis semper implicatas relinquere, vel sæpe reddi implicatiores. Non patitur hic locus in causas hujus rei, quæ multæ sunt, multis inquirere. Meretur tamen inter eas forte non ultimum locum, quod plurimi vitæ suæ rationi & institutis accommodatas in multis negotiis regulas potius quærant, & inde de vero & falso statuunt ; quam ut quæsito prius & invento vero lumine utantur, ne quid temere, vel prave decernant. Ita sane fuerit ille error quidam intellectus, quod cæstra influxum aliquem in corpora nobis sublunaria dicta habeant, eo saltem modo, quem Astrologi adhuc definiaverunt ; major ad-

luc

buc, quod illis aliqua in hominum mores vis concessa sit. Sed si rem altius perpendimus, apparet facile, interfuisse semper quorundam, ut alii credulitatem suam ipsis addicerent in rebus gravissimis, quas illa siderum vi dirigere & flectere commode poterant. Videmus etiam alio, vel pro quoque tempore quosdam opinionem eruditionis haud vulgaris ex Astrologia judiciaria, uti eam artem vocant, quaesivisse. Voluntatis, an intellectus falsum aliquod decretum excludendo Lapidum Philosophico ansam dederit, determinare non audeo. Progressu autem temporis utriusque cura pulchrum hunc fœtum & nutritum esse, satis constat. Nec etiam heri demum, aut nudius tertius ab aliis controversiæ de vera ejus existentia, vel virtutibus motæ sunt. Interim tamen adhuc usque extollitur ab his, spernitur ab aliis. Prudentissimi ut in multis sæpe aliis rebus, ita in hac quoque habentur, qui judicium suum suspendunt, vel occultant; & negari nequit, certo respectu eos illum titulum mereri. Cum tamen publici boni & Medicorum in primis intersit, intelligi, quid in hac questione verum sit: dissertatione quadam sub Dn. PRAESIDIS moderamine antea aliquod tempus habita de Medicina universali actum fuit; in qua primo quidem exponitur de cura multorum hominum, eam reperiendi; tum quid experientia doceat, eo studio adhuc effectum esse; & tandem, an ratio spem inveniendi tale vitæ auxilium alere, an abjicere jubeat. Cum vero Alchymisti credere homines velint, inventum jam thesaurum eum esse, & lapidem Philosophorum omnes medicinae universalis partes explere: dignam cura nostra & inaugurali specimini medico non incongruam materiam fore existimavimus, quidnam rei lapis iste mirabilis sit, & quid solaminis ægris maxime promittat, sine amore & odio investigare. Obtulerunt autem se nobis varia adhuc in hoc examine, quæ nunc novæ scripturæ seponenda fuerunt.



Non erit jam opus, ut odiosa cura
 in scientiam eorum, qui adhuc
 in reperienda, vel in extollen-
 da medicina universali occupa-
 ti fuerunt, inquiramus; & quae
 tanta meritorum fiducia sit, qua
 Medicos fere omnes summi nominis ab HIPPOCRA-
 TE usque ad nostra tempora longe infra se despi-
 ciunt. Rideant fortassis multi illorum examen hoc
 paulo serius institutum: & reliquorum Medico-
 rum praecipui sine indignatione comparisonem
 qualemcunque non ferant. Quare ad rem nostram
 satis erit, pauca quaedam in usum Lectorum non Me-
 dicorum observasse de studio medico eorum homi-
 num, qui primos se omnium an vere putant, an exi-
 stimari tantum volunt. 1.) Notum est, nec ipsi dif-
 fitentur, ea, quae de humani corporis fabrica & oe-
 A co-

conomia in Anatomia & Physiologia a Medicis docentur, negligi ab illis, & quod inde proxime sequi solet, contemni. 2.) Quod vero ad interiorem Anatomiam attinet, quam jactant, (*) & quae, uti loquuntur, ignis interventu, corticibus ruptis, corporum naturalium dotes congenitas in apricum producit: eam ita, & eo consensu exponunt, ut qui de terris incognitis narrationes instituunt. 3.) Vnde facile judicium fieri potest, quid in doctrina de morbis praeclari ab illis sperari queat: ceu quae e vera expositione oeconomiae in humano corpore praecipue deducenda est. Absolvunt eam fere paucis lineis, & expositione vitiorum, quae humoribus inesse contra naturam putant, minime vero omnium eorum, quae in iisdem vere deprehenduntur. 4.) His paucis morbis, pictorum more a se effictis, aptant pari licentia, & pro arbitrio suo, remedia. Cujus ergo instituti si rationes & fundamenta quaeras; mirum est, quam parum clara & cohaerentia inter se respondeant. Nisi tamen dictis cum admiratione credere velis, demonstrationem convitiis absolvunt. 5.) Tandem si ad realem virium, quas medicinae suae universali adscribunt, demonstrationem, perventum est: confitentur ipsi, apud quos scilicet modestiae aliquid residuum est, reliqui facto ipso, licet inviti, et usu aliorum remediorum testantur, ne illis quidem paucis morbis, quos in humoribus statuunt, satisfieri medicina sua universali posse, fed

(*) Vid. inprimis *Dippelius* in libello de Vitae animalis morbo & medicina. Cap 3.

sed alias quoque in auxilium simul esse vocandas. Ne tamen elogiis, quibus illam commendant, decedat quippiam, rem omnem eadem potissimum absolvi dicunt, reliqua vero medicamenta viam ei praeparare, & obstacula removere, quae forte actionem remedii sui principis impedire queant.

§. II.

Foret longus, nec omnino necessarius labor, si has nostras observationes (§. 1.) allegatione multorum testimoniorum ex ipsis autoribus, qui id egerunt, ut medicina universalis elogia tuerentur, confirmare vellemus. Sunt enim ea vel non ignota prorsus, vel e collatione paucorum talium scriptorum patent. Vnicum proinde exemplum jam proferam, BECCHERI scilicet, qui a priorum vestigiis parum recedit, paulo tamen intelligibilius interdum mentem suam explicat, neque adeo e nubibus semper oracula pronunciat. Ac specimen is quidem Anatomico-Physiologicum satis compendiosum exhibet *Capite VI. Supplementi I. in Physicam subterraneam. (*)* De quo deinceps agemus. Pathologicum Systema non minus breve videre licet in *Oedipo ejus Chymico Tit. III. §. 5.* Cujus summa haec est. Morbi, (**) qui in corpore nostro reperiuntur, ex sanguinis reliquorumque humorum corruptione maxime oriuntur. Omnes humores, & solida ipsa constant sulphure & fa-

A 2

fa-

(*) Vid. Edit. novissima Physicae subterr. quae Lipsiae A. 1738. prodit, p. 320. (**) p. 110.

fale. Vtrumque horum est vel mercuriale, vel medium, vel fixum. Hinc morbi sunt 1.) vel mercuriales sulphurei, vel mercuriales falini : (*) 2.) vel e sulphure ac fale medio oriuntur : (**) vel tandem 3.) fal & sulphur fixum pro causa agnoscunt (***). Quadrat ad hanc Pathologiam medendi methodus: in qua hoc ante omnia quasi fundamentum memoriae imprimi debet: *sciendum est, Chymicos curare per similia & contraria* (*), *per similia scilicet qualitatum, per contraria vero substantiae principia* (**). Ita morbus mercurialis curatur per principium mercuriale; sulphureus vero mercurialis per medicamentum mercuriale falsum; falsus mercurialis per medicamentum mercuriale sulphureum. Et ad similem modum res se habet cum morbis ex sulphure, vel fale medio, & ex sulphure & fale fixo ortis. Ut adeo tandem omnem medicam praxin exigua admodum tabula sistat (***), sex morbos & totidem remediorum genera complexam.

§. III.

Conferri hæc possunt cum iis, quæ de morbis eorumque divisione Dissertatione priori (§. 20. sqq.) proposita sunt: ut appareat, quam belle instructus ad curandos ægros animum appulerit. Est vero in allegata dissertatione nil de morbis pro arbitrio dispositum, nilque dictum, quod cum humani corporis fabrica & œconomia minus conveniat, & ex indu-

(*) p. 115.

(**) p. 131.

(**) p. 119.

(***) p. 130.

(***) p. 121.

(*) p. III.

dubiis principiis demonstrari non possit. BECCHER o nisi simpliciter credere velis, perit ei omnis labor & oleum omne. Non inquiram nunc multis, quomodo digesta ab eo sint, quae de principiis corporum essentialibus & accidentalibus, eorumque qualitatibus in Oedipo suo narrat magis, quam cum aliqua ratione exponit. Id mecum facile deprehendet, quicumque sine praejudicio ad eorum examen accesserit, principia rerum apud eum non minus, quam apud alios hujus generis commentatores, mutare formam suam subinde, & induere eam, sub quacunque ut in conspectum prodeant, res postulare illis videtur. Sed ponamus tantisper verissima omnia esse, quae BECCHERVS proponit, quod tamen fieri non potest: apparet secundo, humorum tantum & aliquos eorum morbos ab illo fisti, adeoque integrae Pathologiae valde exiguum particulam. Sed est tandem totius fabulae lepidissimum spectaculum, nisi cum aegris ipsis res agatur, videre, quomodo medendi rationes morbis suis attemperet.

§. IV.

Vidimus jam (§.3.) fundamenti loco Beccherum ponere, quod Chymici curent per similia & per contraria. Quare id faciant, & quidem per similia qualitatum & contraria substantiae principia, cave multum quaeras. Sciendum enim est, Chymicos ita, vel aliter, prout imaginatio eorum monet, agere. Sed sit ita agendum; noscendus ergo sine dubio est morbus quisque curandus a Chymico curaturo, noscenda

sunt ei remedia accurate, ut similitudo, vel dissimilitudo cuiusvis morbi & remedii huic apti pateat. Quomodo ergo notitia ea acquiritur? Docet hoc Beccherus ita (*): *Sane ex definitione, aut denominatione chymica alicujus morbi, aut medicamenti, uno intuitu rei natura, substantia, morbus, accidens ac cura & medicamentum detegitur.* Non lubet jam de axiomatibus hujus veritate curiosius disputare. Quamvis satis cuivis patere queat, ut e morbi & remedii definitione, chymica, an alia, modo vera, & nomine intelligatur, quid contra illum remedium aliquod valeat, & definitionem & nomen saltim sistere debere utriusque naturam. Nihil ergo consequens axiomatis affirmat, quod in antecedente non erat expressum, neque aliud dicitur, quam hoc: si naturam & vires morbi & remedii novi, utrumque perspectum habeo. Sed docentur tyrones medicinæ, multa præterea alia & universam humani corporis oeconomiam noscenda ei esse, qui morbi curationem cum ratione & feliciter aggressurus sit. Fecisset Beccherus operæ aliquod pretium, si ita nobis morbos & remedia explicuisset naturæ convenienter, ut unum alteri quando opponi utiliter posset, statim & recte intelligeretur. Pro opera hac nobis jam exhibet specimen Pathologicum sex morborum nomina comprehendens, quos in humoribus pro arbitrio statuit, & de quibus, ut alia taceam, nec dicta §. 3. repetam, parum lectorem instruit, quando illa vitia vel morborum causæ, vel effe-

(*) p. 130.

effectus tantum, vel accidentia sint, & quando morbum ipsum constituent. Simili ratione & compendio medendi methodum absolvit, de qua pauca hæc nunc tantum monebimus, præter jam dicta sub initium hujus paragraphi. 1.) Vt remedia morbis sex suis accomodet, principia in illis, ut morbos ipsos, pro lubitu partim locat. 2.) Vt negari nequit, subesse dispositioni huic veri aliquid: ita prorsus non evincit, horum principiorum quodvis remedio ita inesse, ut solum, vel præcipue agat, neque ab admixtione aliorum principiorum vires propriæ illius multum immutentur. 3.) Nullo probabili argumento ostendit, falsa sulphureis, & sulphurea falsis & quidem mercurialia in specie mercurialibus, media mediis, fixa fixis contraria esse. Qua tamen re & axiome sub initium §. 4. a nobis allegato, & a Becchero gratis posito, universa ejus medendi ars nititur, dignum patella pathologica operculum.

§. V.

Sed visum fortassis est Becchero cum aliis suæ sectæ hominibus, evitari a se posse omnes alias ambages, seu morborum singularium & remediorum iis opponendorum curatiorem inquisitionem, & rectius evitari: cum brevior ad centrum via detur, ubi medicina universalis latet; qua unica, ceu Herculis clava, omnia morborum monstra debellari queant. Videamus ergo nunc tandem, quæ illum cum hominibus suis ad id sibi persuadendum induxerint, vel qua ratione aliis rem tam incredibilem per-

persuadere laborent. Ante omnia vero merito sollicitus fuit, quomodo removeret dubium, quod contra panaceæ, seu universalis medicinæ existentiam moveri statim potest & solet; diversis nimirum morbis diversa & sæpe contraria quærenda remedia: his resolventia, illis adstringentia; his calida, aliis frigida præscribenda esse. Quæ diversæ qualitates in uno subjecto medico simul & semel existere non possint. Hanc opinionem dicit esse Pluristarum, Humoristarum, Galenistarum, (vides hominem ad hæretices in Medicina pertinere) & communem scholarum, existimantium, hanc objectionem quovis nodo Gordio implicatiorem & irresolubiliorem esse (*). Visa vero & Dno PRAESIDI alias est hæc magni momenti ratio; quare novis adhuc aliis & necessariis magis implicata reddita est priori dissertatione §. 22. 23. utque de eadem lector ipse per se judicare posset, de morborum natura & diversitate expositio §. 18 - 20. ei præmissa. Et videtur etiamnum nobis, a nemine adhuc Gordium hunc nodum esse explicatum, nec explicatu facilem. Neque vero etiam Beccherus curavit, quomodo id præstaret, sed habuit satis, illum quoquo modo dissecare. Quo successu, deinceps apparebit. Nunc fundamentum, cui artem suam omnem superstruxit, exponam. Quod ita se habet (**).

§.VI.

(*) Supplem. I. ad Phys. subt. Cap. VI. p. m. 320.

(**) ibid.

§. VI.

In mixto animali producendo pro fundamento DEVS ossa posuit; sed, quoniam hæc se sua sponte movere non potuissent semper, nervos illis addidit, qui motu & nutrimento opus habebant; motu, ut subtilis spiritus eos penetraret & moveret; nutrimento, ne quotidiano motu siccarentur & contraherentur, seu attererentur: hinc musculos illis substravit, musculisque venas indidit, ut cruore continuo humectarentur, & nutrentur (). Nescio, an sat patienter hæc tyrones in medicina lecturi sint, & an ipse Beccherus intellexerit satis sua dicta. Habebunt vero illi & alii novum hic specimen, qua fiducia & scientia ad opus suum universale, & ægrorum curationem accedant, & præstantissimos quosque Medicos irrideant Alchymistæ. Sed ut reliqua compendio perficiam, putat, præcipuum negotium in humano corpore consistere in eo, ut alimenta in sanguinem, hic in humorem nervosum, spermaticum & spirituosum (ita enim humores dividere ipsi placuit,) digeratur. Inde necessitatem intestinorum, ventriculi, cordis & hepatis sequi. An reliquas corporis partes, non minus necessarias, quas non nominat, pro fungis habuerit, an vero usus eorum non recte perspexerit, dicere nequeo. Potissimum vero consistere sibi persuadet in igne vitali, quem miror, utpote Galenici adhuc multum redolentem ferre ipsum potuisse. Ignis er-*
B
go

(*) Similia fere proponit Phyc. subterr. Sect. IV. Cap. IV. Num. 5.

go hic alimentum in sanguinem, hunc in humores nominatos digerit. Ipse vero ignis perpetuo aëris refocillatione in pulmonibus indiget. Et hoc quoque e Galenicultina cum igne desumptum est. (*) Sed quam facultatem Galenicorum chylo-hæma-sperma-pneuma-ποιητικὴν acerbe nominat & perstringit, eam cum pluribus aliis facultatibus non magis apta dispositione igni suo vitali tradit. Quare ille digerit, vivificat, humores pro lubitu mutat, fecernit, excernit, & prima cum ultimis in humano corpore perficit. Ut autem ignis ille omnis boni est, ita quoque omnis mali fit autor, si in uno illorum aliquo deficiat, & morbi omnes illius tortoris sunt effectus.

§. VII.

*Variat autem hic ignis pro natura sui pabuli. (**)* Consistit hoc partim in aëre, (cui scilicet extra corpus assuetus est) unde sal quoddam attrahit. (***) Ellychnium hujus ignis spiritus sunt, pro quorum puritate, vel impuritate ardet bene, vel perperam. Est quoque ignis hujus nutrimentum victus quotidianus. En! omnem theoriam de humani corporis oeconomia. Ut ergo nunc demonstret, dari posse medicinam universalem, dicit, circa corpus humanum duo esse considerata; unum, quod est alterabile, digestibile, nutrimentum; alterum, quod est alterans, digerens, & agens. Primum in sex rebus non naturalibus (quæ sunt alimenta, aër, fo-

mnus

(*) conf Diss. Dni PRAESID. de circulatione sanguinis Ann. 1739. habita §. 3-12. (**) p. 321. (***) p. 322.

mnus & vigiliæ, motus & quies, animi affectus, excreta & retenta, omnia ex Autoris nostris hypothese alterabilia & digestibilia) *considerari, & in hoc fateatur, methodum dieticam plurimum posse. Sed hoc non esse corpus curare addit, verum illud præparare, ut sit curabile. Nisi enim secundum, id est, uniuersale illud alterans, digerens & conservans consideres, atque ad ignem vitalem respicias, omnis tua nutritio & medicina inutilis est.* Iam, quasi nil nisi Herculeæ argumenta protulisset, & rerum suarum securus ita exclamans pergit. *Fatebimini ergo, (*) (cum Hæreticis supra §. 5. factis ei res est) igne vitali confortato & existente salvo, omnia totius oeconomiae humanæ tranquilla & tuta fore: illo in furorem acto, omnia sævire: illo confortato omnes digestiones bene absolvi, puros humores generari, obstructions reserari, atque omnia membra suo officio fungi: illo alterato autem, vel extincto, quid aliud præter morbos & mortem sequi necessarium est & consequens. Cum ergo fateri cogamini, esse in corpore humano unicum quiddam, quod se ut agens erga omnia nutrimenta, humores, medicinas habeat; quo uno omnes digestiones, alterationes, ac transmutationes, quæ in corpore humano cursu naturali contingunt, absolvuntur: eadem etiam necessitate fateri cogemini, dari posse medicinam quandam, qua hic ignis vitalis purificetur, conseruetur, confortetur; quo purificato, conseruato, & confortato, omnes ejus actiones in corpore humano recte procedere, necessum est.*

§. VIII.

En Autoris nostri demonstrationem! Cum qua quantumcunque sibi placeat; difficile tamen non est, observare, quam multa in illa assumserit gratis, quam non bene cohæreant omnia, quam in progressu plura semper ponat, quam in antecedentibus evicta erant, & quomodo aliter peccet, & nihil non adversum demonstrationi mathematicæ committat. Sed nauseant ad hanc Alchymistæ, ceu stomacho & rebus suis minime convenientem. Nos, missis reliquis, præcipua jam examinabimus. Esse in humano corpore principium aliquod, unde motus omnes potissimum dependent, Medici omnium sectarum agnoverunt. Motibus iis omnes ubique functiones peragi, vitam & sanitatem conservari; in morbis depravatos eos esse corrigendos, ut sanitas restituatur; eosdem in morbis superstites tendere ad vitiorum correctionem & nisi eo tendant, aliter dirigendos esse; ab his non minus, quam a medicamentorum viribus effectus in ægrorum corporibus pendere, uno fere ore affirmant. Vocant illud principium, ad HIPPOCRATIS (*) exemplum, naturam. Vnde nota in scholis medicis axiomata sunt: naturam esse præcipuam & optimam & sanitatis conservatricem, & morborum curatricem; ejus in utroque statu semper habendam esse rationem; ad illam in omni curatione maxime respiciendum; & sine illa nil
boni

(*) Vid. hujus liber de Locis in homine. §. 4.

boni perfici. Differunt in eo Medicorum sectæ inter se, quod alii aliud sub illius nomine nobis fistant, dum proprius eandem nobis intuendam exhibere volunt. Quare spiritus animales quidam, alii Archæum, alii animam sub illa voce intelligendam esse dicunt. HIPPOCRATES naturam nomine ignis expresse appellat(*). Hunc secutus GALENVS functionum omnium exercitium ab illo igne derivat. Vocat vero eum, ut ipse Hippocrates interdum, caloris (**), alias spiritus nomine. Neuter probabilem ullam rationem allegat, quare sub ignis idea naturam exhibeat, aut ostendit, quomodo vel cum materia ignis, vel cum formali igne conveniat, quem ultimum in corpore humano consistere nullæ prorsus rationes permittunt. Quod ergo in Galeni systemate, cujus alioquin rationes omnes omni modo exagitat Beccherus, forte absurdissimum videri queat, illud inde pro demonstrationis suæ basi assumfit; & quod Hippocrates, quem in infima subsellia medica cum aliis Alchymistis reiicit, affirmat, ignem omnia in humano corpore ad imitationem universi disposuisse, omnibus fere paginis ait, id ut lectori suo persuadeat.

§. IX.

Excutiamus jam singula diligentius, ut, quid rei subfit, & an via hæc ad medicinam universalem nos deducat, an aliorum flectat, appareat. Sit ergo nostra *Observatio I.* dari aliquod agens præcipuum in humano corpore, & primum movens ac mobile,

B 3

un-

(*) Lib. I. diætæ. præsert. §. II.
Platonis.

(**) de placitis Hippocratis &

unde actiones in illo omnes potissimum dependent. Potest hoc principium vocari natura. De qua conferantur, quæ circa medium §. 8. dicta sunt. *Observatio* tamen nostra II. erit hæc: ut falsissimum est, ab eo principio vitam & sanitatem dependere unice: ita rationi æque ac experientiæ repugnat, morbos inde omnes originem trahere. Si cui e. g. probe valenti homini digitus abscinditur, si pes luxatur, cui id naturæ vitio adscribere velis? Si alii venenum, aut medicamentum noxium exhibitum turbas varias in corpore excitat, vel aër nimis & nocentibus vaporibus repletus respirationis usum in homine turbat, vel aliquamdiu tollit, quid in his casibus natura peccavit? Aberrare hanc deinceps, & varia moliri mala, seu varios pravos produci in corpore ita affecto motus, me non refragante dicas. Morbi originem & naturam nemo is solide deducet. Vt distinctius rem explicemus, *observatio* III. erit, naturam determinari & determinare motus & actiones omnes pro singulari partium quarumvis fabrica & indole, & pro universa oeconomia integri humani corporis. Digert certe in ventriculo, in hepate bilem conficit, in renibus urinam fecernit. Hæc diversa ut præstare queat; alia ventriculi, alia hepatis, alia renum est fabrica, & singulis his partibus aliarum partium functiones subsidia ferre debent. Nisi enim cor, pulmones, vasa sanguifera & lien sanguinem rite præparaverint, vel nulla, vel malæ indolis bilis in hepate conficietur. Vt ergo functionum omnium exercitium a partium solidarum omnium integritate & flui-

& fluidarum vera conditione dependet: ita, quomodo-
docunque principium illud se habeat, morbum
homo patitur, simul ac vel in solidis, vel in fluidis
vitium oritur. Sint e.g. fibræ ventriculi a quacun-
que causa laxiores factæ, vel non satis cohæreant, il-
larum particulæ; vel gastricus humor ab ingesto
aliquo noxio corruptus: male digerit ventricu-
lus, quicquid moliatur natura. Sit pes luxatus, vel
luxatione emendata remanserit ligamentorum &
tendinum laxitas: non movebit natura pedem
apte, quicquid agat.

§. X.

Quod jam ad morborum curationes attinet,
quæ mea *Observatio* IV. fit, cum aliquoties jam di-
xerim, in morbis æque ac sanitate ad naturam po-
tissimum respiciendum, eamque, si deficiat, adjuvan-
dam esse: præcipua quæstio in eo versatur, quo-
modo id fieri queat. Plerique omnes Medici, ii
quoque, qui de natura multa & subtiliter philoso-
phati sunt, ut ipse Hippocrates, quasi tamen illa in-
comprehensibilis sit, ad solas fere observationes ad-
huc recurrerunt, ubi de natura ipso opere adjuvan-
da quæstio instituta fuit. Factum hinc omni tem-
pore est, ut in virium defectu tum cetera fanis, tum
ægris vino, spirituosis, cardiacis, analeptics, quo-
rum omnium usus in tali casu experientia fere quo-
tidiana facile commendaverat, succurrerent. Alii
vel hæc, vel alia etiam in subsidium accersunt, quæ-
cunque scilicet motus magis excitare in corpore hu-
ma-

mano vel itidem experientia, vel facili ratiocinio didicerunt. *Observatio V.* Ex naturæ indole pauci quidem adhuc Medici remedia ei rei convenientia deduxerunt, & qui id egerunt, aberrarunt a scopo omnes; nisi, quod interdum accidere solet, falsum quoddam ratiocinium, vel ipsa potius experientia prior errorem correxit; neque quia Hippocrates naturam ignis nomine appellant, proinde videmus, illum ad naturam conservandam & adjuvandam proponere remedia, quæ igni conservando, vel augendo idonea existere doceat. *Observatio VI.* Quæ Beccherus de igne, nutrimento ejus & ellychnio commentatur, lampadis ignem nimis redolere & naturæ inepte applicata esse, quis non videt? Chimæræ hæ sunt, si quæ aliæ: quas si neges, fatis refutaveris. Et quis sanæ mentis homo hygienem & therapiam, vel potius vitam suam, talibus ineptiis securius niti putet, quam iis, quæ de humani corporis œconomia & rerum non naturalium viribus & effectibus certius novimus. Licet vero Beccherus cum Alchymistis toties clamitet: ignis noster non est sicut vester, aut vulgaris ignis: cum tamen foetus sit externi & vulgaris ignis, & ab igne hoc excitetur, ut alibi loquitur; (*) cumque aëris externi refocillatione perpetuo opus habeat, uti §. 6. audivimus: ad hujus naturam saltem proxime accedat necesse est. Ab igne autem non multum differre, egregia comparatio docet, quam cum lampadis igne eum instituere, sub initium

(*) Cap. V. p. m. 309.

tium §. VII. memoravi. Admovebimus tamen postea illi igni facem paulo propius, si forte, quale ens, vel qualis Chimæra idem sit, deprehendi queat.

§. XI.

VII. Vt falsum est, sanitatem & morbos unice dependere a naturæ bonitate, integritate, vel vitio; sed uterque status per alia adhuc determinatur, & uti Observatione II. & III. docui, ab his morbi sæpe præcipue oriuntur: ita nisi in morbis hæc tollantur, & in quocunque statu ea omnia conserventur, quæ vitæ, & functionibus rite, vel melius peragendis inserviunt, frustra omnis curatio erit, quicquid pro confortando igne, vel natura moliaris. Quare etiam, si rem recte reputamus, plura, quam principium illud primum agens, naturæ appellatione comprehendenda sunt: quemadmodum Dissertatione prima §. 21. jam monitum est. In morbis vero quod roborato, vel quomodocunque correcto principio illo vitali, reliqua emendentur omnia, id falsum esse, quotidiana docet experientia: quo principio sæpe neglecto, prorsus aliis res peragenda est, & feliciter peragitur. Vt enim vulnus coalescat, labia ejus sibi invicem applicanda, & alia externa ei admovenda sunt. Vt luxatum curetur, ossa in locum suum reponenda, & ligamentis robur suum restituendum est. Venenum nisi exturbes corpore, vel alia ratione satis corrigas, non repelles mortem, quomodocunque naturam robores. Vt respirationem restituas in casu proposito *Observatione II.* vel aërem corrigere,

C

vel

vel ægrum in alium meliorem deportandum curare debes. Si nervus opticus vel obstructus, vel compressus serenam guttam in oculo excitaverit, vitia hæc removenda sunt, aut ægrum coecum relinques. Removebis autem illa vel nunquam, vel rarissime, si naturam solam tantum velis roborare. *Observatio VIII.* Natura, vel principium vitale, si vitio quodam in morbis laborat, non ita semper deficit, ut roborandum hoc sit. Interdum enim nimis sævientis aut, ut Beccherus loquitur, in furorem acti (*) motus compescendi, alias hi alia ratione in ordinem redigendi sunt. In quibus casibus ignem naturalem confortare velle, idem foret, ac oleum camino adjicere.

§. XII.

Observatio IX. Audivimus supra, (§. 7.) Beccherum ipsum monentem, præter agens & digerens, esse quoque respiciendum ad alterabile & digestibile. In qua re cur universam methodum diæteticam consistere statuatur, nihil rationis apparet: cum illa non solum circa digestibile occupata sit, sed usum rerum non tantum sex, sed plurium & omnium, quæ ad non naturales referri queunt, in auxilium advocet. Transeat autem hic error nunc cum ceteris. Mirum tamen nobis videtur, quod addit, *hoc non esse corpus curare, sed preparare, ut sit curabile.* (**) Sæpe enim seu universa methodo diætetica, seu illa tantum ejus parte, quæ de alimentis agit, utaris, sola ea res omnis,

(*) Suppl. I. Phys. subt. p. 321.

(**) p. 322.

omnis, tum in sanitate, si morbi corpori imminet, tum in his ipsis peragi potest: alias vero sine illa naturam confortantia, vel quomodocunque corrigentia remedia nil perficere observantur. Quare, siue præparatio, siue curatio illa methodus dicatur, sufficit ad rem maximopere eandem pertinere, nec a Medico omitti posse. Cumque illa methodus, quatenus rerum omnium non naturalium usum præscribit & dirigit, latissime se extendat: manifestum inde fit, medicinam universalem, quae principio vitali roborando tantum inservire debet, tum in conservanda sanitate, tum in morborum curatione, admodum exiguam particulam auxiliorum constituere. *Observatio X.* Quemadmodum autem ad alterabile & digestibile quoque semper respiciendum esse, re ipsa coactus agnovit Beccherus; & curam quoque illam ad longe plures res extendi debere, commemoratione sex non naturalium satis, etsi obscurius indicavit: ita quoque perspicere, si pulchritudo medicinae suae universalis ad omnia satis attentum animum dirigere siveisset, poterat, certe debebat, ad organa praeterea respiciendum esse Medico, secundum quorum fabricam & reliquas conditiones vitale principium semper agendum habet, (vid. *Obs.* III.) & sine quibus nil agit: in sanitate ergo curandum ante omnia esse, ut organa illa omnia integra conserventur; in morbis autem, quando illa læsa sunt, qua ratione ad pristinum statum reduci eadem; in utroque statu, quomodo universæ corporis oeconomiae debite prospici queat.

§. XIII.

Apparet vero etiam veritatem hujus observationis & quarundam aliarum tam clare Becchero in oculos occurriffe, ut negare illas non prorsus ausus fit. Quare deinceps, ubi de universalis medicinae usu mirabili e VILLANO VANO magnifica quædam attulit, & amore illius quasi inescatus sermonem ita instituit(*): *utendi autem modus hanc medicinam longe alius est, quam vulgaris Medicorum cohors existimat; potest quidem omni tempore in omni affectu curative & præservative in omni ætate sumi; semper naturæ ignem confortabit*: hanc denique notabilem addit cautelam, omnibus capsulis & vitris, in quibus talis medicina venditur, cum primo elogio inscribendam: *sed sic, ut obstacula ei removeas, superflua demas, necessaria addas*. Vides, in quam angustum centrum ipse medicinam suam universalem concludat. Præstat illa nimirum omnia, si reliquorum omnium agendorum nil omittas. Curat hæc cæcum, si v. g. cataractam tollas, surdum, si auditus organa in integrum restituas, claudum, si pedem, ut oportet fieri, reducas, inflammationem, si stas in sanguinis tollas, & simili ratione omnes morbos. Sed hæc quidem vulgarium Medicorum cohorti occupatio relinquenda est. Qui satis intelligunt, mundus quid velit, illis beatiores, nil agendum aliud habent, quam ut aurum suum potabile interim miseris por-

(*) p. 324.

porrigant, quo tangibile & vulgare recipiant, & fluctibus compositis sedentes pulveris exigui jactu composita omnia porro cohibeant; gloriamque tandem prioribus debitam, callide occupent.

§. XIV.

Sed videamus tandem, quid nobis sub universalis medicinæ titulo exhibeat Beccherus cum Alchymistis, & quomodo illam aptet uniuerfali suo agenti, seu vitali igni. Postulabit hic sine dubio Lector suo in hac re iudicio ufurus, ut ostendam prius, qualis ille vitalis ignis sit; quo intelligat, an medicina ei quærenda & quæsitæ diu conveniat, an minus. Est enim manifestum, quamdiu ignis vitalis natura ignoratur, tamdiu ei medicinam idoneam ratione frustra quaeri. Et dicit Beccherus, *banc igni vitali conformem esse debere.* (*) Postulavi proinde idem ab Alchymistis. Age! audiamus nunc, quæ responsi loco ex illorum ore proponit Beccherus, an forte inde hanc Æliam Læliam agnoscere liceat. Exponit profundam, uti ipse vocat, hac de re doctrinam sub initium quinti Capitis in Supplemento I. (**) quam tamen si propius contempleris, præter meras, varias & vacuas denominationes, nil ex illa addisces. Vocat enim ignem illum *ens universale*, cum PENOTO *cælum, in omnibus rebus absconditum; ignem Philosophorum, qui tactilis, visibilis & concentratus sit; Brumazar; subtile quoddam unctuosum humidum terre-*

stre;

C 3

(*) p. 323.

(**) p. 307. sqq.

stre; calidum innatum; humidum radicale; lapidem Philosophorum; humorem, in quo omnium siderum influentiæ sulphureæ, saline, igneæ & aqueæ, subtilissimæ terreitatis vinculo, dulci viscositate conjunctæ & ubique reperibiles sunt.

§. XV.

Si nunc porro quæras, an ens tam mirabile rerum natura existat? tres e Penoto allegatas demonstrationes Alchymisticas sub initium capitis V. proponit; sed quæ ad demonstrandam existentiam chymærarum quarumlibet usum habere queunt. Sunt vero ejusmodi: 1. *nil DEVS creavit in veritate superius, quin eiusdem aliquod simulacrum creaverit inferius.* 2. *Nil DEVS creavit in spiritu invisibiliter, quin idem in corpore adumbraverit visibiliter.* 3. *Nil DEVS creavit in finito invisibiliter dispersum; quin idem quoque in uno aliquo finito visibiliter creaverit collectum.* IAM cum universalis Genitor omnium inferiorum coelum sit: necessarium est, quod omnia inferiora coeli naturam & essentiam participant: & sic coelum est in omnibus rebus occultatum interius, quod extra omnes res manifestatum est exterius: & sicut corpore suo patens est insuperficie mundi latissime, sic spiritu suo contractum in centro mundi arctissime. Vocat Beccherus ens illud ignem naturæ, additque suscitari ab externo igne, cuius foetus sit, & inde perpetuam illam rerum harmoniam, sympathiam & magnetismum. Quare quod tandem mirabiles ejus effectus attinet: vivificat omnia insecta, fluminum aquas fermentat, in venis sanguinem movet & tin-

& tingit, in mineris metalla producit, omnibus omnia in omnibus, in nubibus tonat, pluit, ningit, in volatilibus volatilis, in fixis fixus est, in animalibus animalis est, & quæ sunt reliqua. Ob quas etiam rationes eum pulcherrime *Chamaleontis Philosophici* nomine appellat.

§. XVI.

Nil ergo adhuc a Becchero de igne vitali percipere amplius potuimus, quam esse illum purum putum lapidem Philosophicum, vel ignem Philosophicum; & præstare illa omnia in corporibus, de quorum causis quæritur. Siquis illum ignem propius contemplari velit, Physicam subterraneam adeat (*): ubi cur pluribus de eo exponat, nullam ego quidem rationem video, cum *sine aliqua DEI revelatione cognosci is nequeat* (**); ut ipse addit. Neque vero absque illa satis apte de hac materia exponere Beccherum potuisse arbitror, qui solis & vulgaris ignis materiam, a coloris materia & æthere tam parum, quam ibi & alibi apparet, distinguere noverat. (***) Quare nil porro faciendum nobis restat, quam ut in ipsius lapidis Philosophici examine dispiciamus, quid rei sub illo nomine, adeoque etiam sub vitali igne lateat.

§. XVII.

Sed instas iterum, esse rationi omni adversum institutum, non prius docere, ignis vitalis in homine
an

(*) Sect. V. c. 3. n. 87. sqq. (**) n. 98. (***) Diversas has res esse, docet Dn. PRAESES in fundamentis Chymiae rationalis, Cap. de igne.

an detur, & qualis ille res sit, recte demonstrare, quam remedium ei aptandum quærere; sed supponere gratis, conuenire eundem cum medicina, cuius utilitas, comparatione demum huius cum illius natura facta, demonstranda erat. Vides nimis esse assuetus vulgari Philosophiæ, in qua res ita aguntur. Res longe alia Philosophia Adeptorum est. Hæc prioris leges non curat, & se ad illam habet, ut demonstrationes Alchymisticæ ad Mathematicas. Quod alta mente reponendum est, & cuius mox, plura specimina videbimus. Audi ergo nunc. Commendant nostri Philosophi lapidem suum tanquam remedium universale, seu quod naturam adjuvet: in quo omnis curationis cardo illis vertitur. Ita enim placuit iisdem, sibi & aliis persuadere. Quæso autem cur eximiam hanc de lapide eo spem concipere debemus? Quia cum ignis vitalis natura convenit. At quare? Quia ignis vitalis nil aliud est, quam lapis Philosophorum. Vnde hoc nosti? E tabula Smaragdina & aliis sublimiorum Philosophorum scriptis. Ita enim e. g. fatur **PENOTVS**: „hoc cælum, seu lapis Philosophorum in omnibus rebus est, - - & est spiritus quidam vivicans, - - omnibus creaturis huius mundi vitam, substantiam, essentiam largiens, quoniam ex ipso, in ipso & per ipsum sunt, vivunt, vegetantur, crescunt, ac omnia moventur, (horresco referens hæc verba e. S. S. hic Chimærae applicata) & virtute eius plena sunt omnia. **HERMES** vero: cælum, seu lapis, aut spiritus ille est secretum & vita unius cuiusque rei, & omnis homo indi-

diget eo, & hæc est aqua, quæ est in tritico frumentum, & in oliva oleum. Sed tædet me, reliquas nugas huc transferre.

§. XVIII.

Poteramus ergo toto hoc examine supersedere : cum quid curandum, vel conservandum susceperint Adepti, ipsi nesciant; nec cui pedi calceum suum adaptare volunt, satis intelligant. Ne quid tamen omittamus eorum, quæ ad hanc rem præcipue pertinere illis videntur, neu quis ex omisso hoc labore forte arguat, rerum sublimitate deterritos ab eo nos fuisse : age ! nunc tandem contemplemur lapidem illum Philosophicum ; ut qualis sit, & ita fortassis appareat, an ad naturam roborandam aliquid opis conferre possit. Si dicenda nunc non satis inter se cohæreant, culpam illam meam non esse, Beccherus ostendet : qui nunc porro docet, *hoc ens universale qua ratione visibile, qua tractabile & ad manus comparabile sit.* Est ergo lapis Philosophorum 1) mixtum corpus e quatuor elementis vulgaribus, puta igne, terra, aqua & aëre (*); vel potius subtilissima pars istius elementaris mixti, & essentia quinta, seu Brumazar. Cum enim hoc ens universale definiatur, quod sit omnium corporum substantia intima, purissima, conservans : necessario sequitur, illam essentiam rerum esse, nempe, id, unde corpora intrinsece & essentialiter componuntur. Componuntur autem, con-

D

sen-

(*) p. 310.

sentiente universa Philosophia, ex quatuor elementis mixtis. Sistamus aliquantisper pedem ad primam hanc creationem lapidis Philosophici, cum qua Philosophi nostri reliqui mire sibi placent, & quam aliis quoque, ut FERNELIO, commendare potuerunt. Apparet autem, lapidem Philosophicum, Brumazar, & ens universale corporum unam eandemque rem illis esse. Jam ergo universale ens quidnam rei est? Intelleximus id paulo ante ex definitione eius. Sed tale quippiam in rerum natura existere quomodo evincunt Philosophi nostri? aut quisnam eorum vel a priori, vel a posteriori unquam demonstravit? Vt vero ipsa universalis entis existentia gratis statuitur, ita tres ejusdem præcipui characteres prorsus ex arbitrio ficti sunt. Debemus vero ad posteriorem in primis characterem attendere, quod conservandi vim habeat. Vti enim locum in definitione non frustra invenit: ita si eum neges, vel adesse in suo subjecto Adepti non evincunt, ilicet cum medicina sua universali etiam conclamatum erit. Sic itaque se principia habent: ut jam nunc certe ulteriorem laborem omittere nobis liceret.

§. XIX.

Prosequamur tamen Philosophos nostros, pactione interim facta de definitione illa. Qua ergo jam porro inde ratione concludunt, ens illud nil aliud esse, quam rerum essentiam? ad quam, ubi de corpore agitur, omnia referenda sunt, quæ ad compositionem ejus necessario concurrunt. Sed de-

decepit eos ARISTOTELIS *Emelechia*, qua etiam voce subjectum hoc, five Brumazar alibi Becchero appellatur (*), vel potius Peripateticorum formæ substantiales, quas a materia distinctas substantias res esse nugabantur. Quare quas illi larvas corporibus ingenio induerunt, eas Philosophi nostri sine omni dubio corporibus inesse persuasi, his vere detractas in usus medicos & alios transferre conantur. Sed ecce porro! quod primum ens universale animam mundi ex Platonis sententia repræsentabat, (**) duplici & mira metamorphosi mox forma substantialis fieri incipit, & tandem e quatuor elementis mixta prodit. Adstant huic spectaculo Philosophi vulgares, Peripatetici in primis, & quod unquam futurum forte desperaverunt, adspiciant nunc prope oculis suis formas suas substantiales, mox & tangendas bibendasque. Quare vero hoc potissimum habitu conspicitur ens, quod purissimum & intimum corporum esse, e superius allegata definitione intelleximus? Quia nimirum corpora e quatuor elementis componuntur. Faceſſat hinc vulgaris logica. Lubet tantum quærere: an intrinsece corpora e quatuor elementis componuntur? & si hoc ita sit, undenam ergo præterea extrinsece conflata sunt? ex quibus aliis elementis? Quo autem porro argumento vel experimento evincitur, corpora omnia ex quatuor elementis vulgaribus componi? Creditne alias hæc ipse Beccherus cum sublimi sua schola?

D 2

Cer-

(*) Physic. subterræn. Sect. IV. Cap. IV. n. 5.

(**) conf. Penoti verba § 15 & 17. a nobis allegata.

Certe non. Sed jam ad rem pertinet, ea vera esse. Et nos quoque ea interim concedamus, ut eo citius videamus, sub qua tandem forma Lælia hæc formata, vel, si mavis, Brumazar, sistatur. Quidnam ergo rei est? Quod jam supra audivimus, mixtum e quatuor elementis vulgaribus, vel potius subtilissima pars illius mixti. An autem mixtum illud, & pars eius subtilissima idem sunt? Minime sane, nisi entelechia & formæ substantiales frustra repertæ, & ab Alchymistis omnis labor pro illis ornandis & pro medicina universali sine ulla necessitate suscipitur. Quid ergo potius est, vel non est? Tollam pro Becchero quæstiones ulteriores. Efficta est, ut vidimus, Lælia hæc operose hætenus ex quinta essentia, vel entelechiis quatuor elementorum, collocata post aulæas, & producenda mox in conspectum. Quid ergo nunc consilii? Si e meris entelechiis conflata progrediatur, metuendum est, ut deprehendi possit. Si massarum, seu elementorum, unde detracta est, omnium secum auferat aliquid, corpusque inde sibi efformet, quid ergo distet ab ea re, ex qua efficta sit, & quid tanto labore opus fuerit, quærere nonnulli possint? Quare in æquivoca ea forma relinquenda fuit, ut personam semper, prouti res forte exigat, assumere, & sub spectri, vel corporis habitu apparere queat. Sub qua utralibet nunc statim in scenam prodeuntem eam conspiciemus.

§. XX.

Ac primo quidem, ut constet, qua prima sit origi

gine nata, habitu entis universalis, in quo ab initio eam deprehendimus, & cum similibus fere qualitatibus comparet. *Est enim secundum illius signum* (priora nimirum §. 18. 19. allegatae stylo Beccheriano ad primum signum pertinent,) *quod, cum essentia rerum proprium sit, ut sua mixta & corpora conservet, essentia penetrativa, subtilis & spiritualis esse debeat.* Sequitur hoc ex concedendis prioribus. *Non enim,* inquit Beccherus, *alioquin ea munia præstare, nec in omnes mixti partes influere posset.* Sequitur autem hoc eadem argumentandi ratione ac illud: si asinus volare debet, necesse est, ut cum alis nascatur. Jam, mutato illo habitu, pedetentim materialis iterum fieri incipit. *Consistit enim, quod tertium signum a Becchero statuitur, tota vis ejus essentiae conservativæ in calido & humido naturali.* Vnde hoc scitur? *Quia omnium corporum mixtorum conservatio in eo consistit, ut neque interna humiditate, neque innato suo calore destituantur.* Sed quomodo hoc probatur? Est ea vetus traditio. Ceterum §. 16. audivimus, ens hoc universale vi conservativa esse præditum. Quid ergo nunc porro? *Hæc essentia in humido calida, propter humiditatem fluida, propter calorem & unctuositatem viscosa erit, nempe unctuosum humidum, summe volatile, summe penetrativum.* Transeant nunc cetera. Sed unde unctuositatem repente acquisivit? Pax! Apparet deinceps toties cum hac sua qualitate, & tam ei involuta, ut ex mero unguento factam eam credideris. Et ita exornatam eandem se vidisse, omnes Philosophi transcendentales testantur.

Nihilo tamen fecius mente probe tenendum est, hactenus Brumazar nostrum tantum constare materia spirituali. Quæ qualis sit, Philosophos illos consulere debes. Quare tandem quarto, *quoniam a duobus extremitatibus non datur transitus, nisi interposito medio, id est, NB. spiritus non agit in corpus, nisi certo quodam vinculo*, (secundum receptam opinionem, qua spiritus hominis non agit in hujus corpus, nisi interventu animæ) *nullo autem alligari potest, nisi subtili terræ, subtili, ut naturam æmuletur spiritus, terræ, ut accessus sit ad naturam corporis: concludimus ergo ex præfatis quatuor punctis, quod Ens universale sit unctuosum humidum, terrestri subtili fortiter commixtum, proprietatis conservantis, penetrantis, complexionis calide & humide*.

§. XXI.

En! formatam Læliam Alchymistarum, & En-telechiarum, vel formarum substantialium facile Principem, cum qualitatibus suis & vestimentis, & significato insuper temperamento. Ne autem fallare, & nubem forte pro Junone amplectare, audi, quæ Beccherus porro, & cum eo omnes Philosophi ubique monent: (*) *nostrum sulphur non est sulphur vulgi, nostra terra non est sicut vestra terra, nostrum unctuosum non est butyracea unctuositas*. Humidum, proprietatis conservans, penetrans, & reliqua vocabula, alia omnia apud nos significant, quam quæ re-

(*) p. 310.

liquum vulgus, hoc est, omnes mysteriis his non initiati, illis denotare solet.

§. XXII.

Relinquamus ergo cortices, seu voces, dum inter Alchymistas ipsos de illarum usu conveniat; ut nucleum, si fieri potest, eo citius obtineamus. Nec vero est, quare multum solliciti simus, ubi Philosophicum nostrum lapidem quæramus. Aperiunt enim Alchymistæ nobis campum, vel potius accessu facilem ostendunt, qui integer plenus illius est. Latet enim in solis radiis, & in culinæ igne. Dispersus est per universum aërem. Continent eum metalla, mineralia reliqua, omnium vegetabilium omnes partes, & animalium quoque, ne stercore quidem excepto: ita, ut videas, quicquid tangunt Alchymistæ, aurum, vel prius lapidem Philosophorum, fieri. Affirmat illud Beccherus Cap. V. p. m. 311. sqq. & testes eius varios alios producit. Si ulterius quæris, quidnam ergo illud in omnibus corporibus sit, quod lapidis Philosophici titulum mereatur, & de cuius acquisitione hic agitur? respondeo, esse illud ipsum unctuosum humidum, de quo quatuor proxime præcedentibus §§. ad longum expositum est. Si quis hæc nondum fatis intelligat, age! ad prima lapidis nostri incunabula pedem & oculos promoueamus, an ibi chamaleontem hunc clarius agnoscere detur. *Est ergo nil aliud, quam coelum in omnibus rebus absconditum*, uti supra §. 15. e Penoto audivimus. Sed coeli nomine quid Philosophi nostri ap-
pel-

pellant? Est enim alias varia ejus vocis significatio. *Coelum est principium rari & densi.* Ita Beccherus in *Phyfica sua subterranea* Sect. VI. cap. 8. circa finem loquitur; seu, ut Sect. I. Cap. I. pluribus exponit, *est principium universale & catholicum mundi, vel elementum mundi hyperphysicum, cui qualitates hyperphysicas, medias nempe inter res spirituales & corporales adscribit, pro utrisque uniendis.* Itaque porro *brumazar nostrum perpetua syderum, tanquam sulphurum, circulatione exorta & generata est.* (*) Dicis, nondum capio, quid velis: ænigmata enim alia ex aliis explicas. Quare audi tandem & ab ipso HERMETE rem omnem accipe, sed parato prius asse, iterum (**): *coelum, seu lapis, aut spiritus ille est secretum & vita uniuscujusque rei, & omnis homo indiget eo, & haec est aqua, quæ est in tritico frumentum, & in oliva oleum* (videsne formas substantiales?) — *est caput mundi, id est humor, inquam, in quo omnium syderum influentiæ sulphureæ, salinæ, igneæ & aqueæ, subtilissimæ terrestre- itatis vinculo dulci viscositate conjunctæ & ubique reperi- biles sunt.*

§. XXIII.

Restat nunc investigandum, res tam admirabilis, qua ratione parari & acquiri possit. Si quis hic obstrepat, nondum evictam ab Alchymistis existentiam, imo ne possibilitatem quidem ejus rei esse; vel etiam si quis Chimæram eam vere sistere possit, nullo modo apparere, quid cum eadem faciendum sit: ipse qui-

(*) p. 309.

(**) ibid.

quidem, quid respondeam, nil habeo. Respondebunt autem forte pro me Alchymistæ: esse a suo instituto & Philosophiæ sublimioris ratione alienum, tales quæstiones admittere. Tradi omnia illa effata & alia pulcherrima de lapide Philosophorum in Hermetis, Mariæ, quæ Mosis soror fuerit, & aliis sacris libris, & pertinere eadem ad primos articulos, in quos fidem suam obligare oportet mysteriis Alchymiae initiandos. Videant ergo, quibus vacat, & volupe est, nunc tandem aliquando artificium, comparandi quæsitum adeo diu lapidem Philosophicum, a Becchero circa finem capitis quinti expositum tam dilucide, quam ipsam rei ejus possibilitatem & existentiam demonstravit.

§. XXIV.

Non autem lubet jam inquirere, an & quænam magni momenti res sub iis ænigmatibus lateat; neque affirmamus, si quis talium mysteriorum satis intelligens corpora tractet, nil omnino eum labore suo consequi. Sed de his quæstio est: 1) an illo, vel aliis artificiis, ab Alchymistis passim propositis, mixtum quoddam e 4. elementis vulgaribus, vel potius subtilissima pars elementaris mixti, & entelechia, vel substantialis forma obtineri queat; aut quis unquam tale quippiam in lucem produxerit? 2) unde intelligatur, convenire illud Brumazar, si detur, cum igne naturæ, si quis in homine adsit, & vim hunc confortandi habere? 3) Si & hoc evinci queat, quod nunquam futurum puto, ratione & facto ipso: percontari amplius lubet, cur sibi persuadeant Alchymistæ, seu Medici transcendentales, universalis medi-

cinæ vim ei rei inesse; & quibus argumentis idem non populo, sed prudentibus, & rerum naturæ non prorsus rudibus persuadere velint. Demonstratum enim priori dissertatione jam est evidentissime, longe plura in sanitatis & morborum tractatione agenda Medico esse, quam ut naturæ confortatio omne punctum absolvat. Quodsi vero illi dixerint, quod utique verum est, nimis se in principiis differre ab aliis Medicis, & longe aliam esse ipsorum ratiocinandi artem, quam ut argumentis res inter utrosque componi queat: nil aliud hominibus illis sublimibus restat, quam ut dicta sua factis adstruant. In qua re quam adhuc habiles se se præstiterint, priori dissertatione (§. 10-13.) abunde ostensum est. Et vidimus supra in hac, (§. 13.) quot conditiones alias Beccherus tandem in sanitatis & morborum tractatione addere coactus fuerit, si medicina universalis pretium aliquod operæ conferre debeat.

§. XXV.

Vnum adhuc monebo, sed quod non minimum in hoc negotio momentum habere puto, & in quo maximopere ac mox in principio errarunt, qui forte serio sibi persuaferunt, dari, vel posse reperiri medicamentum aliquod universale. Docent nimirum rationes Alchymistarum omnes, qualescunque alioquin sint, non nisi mixta corpora illos in hac re ante oculos habuisse. Quare etiam porro vidimus, non alia eos consilia agitare, quam quæ ad summum ad conservationem mixtorum valere aliquid queant. Arcessunt itaque a cælo usque ens quoddam universale, purissimum, spirituale, penetrans omnia & con-

fer-

fervans. Transmutant deinde illud in formas corporum substantiales, Alii has larvas ex ipsis 4. elementis vulgaribus extrahunt, ut quintam novam, quam essentiam quintam vocant, inde componant; ita tamen, quemadmodum in Beccheri metamorphosis supra apparuit, ut ex elementorum materia plus eadem semper in formatione adsciscat, & proinde tandem tota unctuosam in conspectum prodeat. Producant ergo sane, si queant, ex his chimæris, vel undecunque brumazar quoddam, conservationi corporum idoneum: quis tamen non intelligit, si de corporibus conservandis quæstio sit, usum illud nullum, nisi forte in conficiendis mumiis habere; aut in condendis halecibus, vel aliis carnibus conservandis salis communis defectum supplere; aut prorsus mixtis omnibus ad hunc finem inservire posse. Ne autem de re adeo mirabili nimis contemptim loqui videar; audiamus unum jam RVPESCISAM, qui inter primos medicinæ universalis conditores cluet, (§. 6. Diff. 1.) & ita scribit: (*) *quod autem incorruptibilitati conferat quinta essentia, & a corruptibilitate præservet, demonstrabo ex experientia assumpta: quoniam, si quæcunque avis, aut carnis frustum, aut piscis infundatur in ea, non corrumpetur, quamdiu permanebit in ea.* Quid autem, quæso, in corpore organico, tali præsertim, in quo omnes vel minimæ partes solidæ certis & perpetuis motibus destinatae sunt; fluidæ vero per viscera & canales innumeros diversique generis continue propelluntur, miscentur, separantur, formam suam semper mutant, & pro hac diversimode corpus suum actuant,

(*) de Quinta Essentia Cap. 2.

quid, inquam, in tali corpore, quale humanam esse sci-
mus, condimentum ejusmodi magnopere præstabit?
Num illud organa in debita magnitudine, figura, stru-
ctura, situ & connexione cum aliis conservabit? vel mo-
tus omnes ab iis perficiendos ad debitum finem justo
modo, tempore & ordine semper diriget? Num muta-
tiones illas omnes, quæ in hoc corpore continue fieri
debent, accurate promovebit? Nulla certe ratio pro-
babilis credere id nos jubet. Neque vero satis apte e
modo allegata experientia infert Rupefciffa: *quanto
magis ergo carnem animatam & vitam corporis nostri ab
omni corruptione servabit.* Quæ si valeret concludendi
ratio, minus certe quæstuosam medicinæ suæ mercatu-
ram promittere Adepti sibi debeant: cum nemo forte
adhuc halecibus & carnibus conservandis philosophi-
cum lapidem sibi comparandum esse putaverit; &
hoc exemplo permoti homines credere possint, res
longe viliores corporis sui a corruptione conserva-
tioni sufficere. Quamvis ex memoratis priori dis-
sertatione & modo hac ipsa §. satis constare queat,
longe alia & plura Medico vero esse agenda, quam ut
carnem hominum a corruptione præservet: quæ,
maxime si animata & viva est, quali Rupefciffa condi-
mentum quærit, securum illum & alios esse jubet; id
vero sæpiissime postulat, ut ea emendentur, vel tollan-
tur, quæ vitæ suæ insidias struunt. Sed eam, ut vidi-
mus supra, Medicis vulgaribus occupatio-
nem cum aliis Adepti callide remittunt.

TANTVM!



* * * * *

Sohl dem/ der vor sich selbst sein Leben ruhig
führt/
Was seyn wil/ gelten läßt und Zweifel nie
berührt/

Wer diese Mode hat / der folget der Natur /
Und der auch ohnehin der Sachen eignen Spur.
Zezunder thut man nichts / als täglich speculiren
Und quer und länge nach/recht schwärmrisch phantasiren
Und doch sieht oft der Baur / daß manche Schätze
Wind/

Und Möglichkeiten oft wie fünffe Grade sind.
Gott hats von Ewigkeit verordnet und bestimmt /
Daß Stahl und Feuer:Stein nicht gleich dem Golde
glimmet.

Sophorum Lapis bringt uns andre Weisen vor;
So recht! das heist auf deutsch: Wer glaubt / der ist
ein Thor.

Was heute weißlich ist/ das macht er morgen gelblich/
Das Blei wird. Feuerroth/ ist nicht mehr schimmelnnd
fälblich.

Wird Bley dem Golde gleich / so ist der Lapis dar /
Wohlan! wir machen Gold bis auf das kleinste Har.
Die Armuth fliehe weg/du Reichthum sey willkommen/
Du nahst dich künfftig hin den Bösen/wie den Frommen/
Wer diß nicht glauben will/ der hat nicht distillirt/
Drum fang er ißt noch an / so wird er confirmirt.

Mit diesen wenigen Zeilen hat man sich Des Hoch-
gelehrten Herrn Respondenten Hochgeneigtes
Andencken ausbitten und sich Demselben ge-
horsamst empfehlen wollen

M. CARL MESTERTON
F

Nae TIBI grata dies nunc, PRAECLARISSIME,
voto
Advenit, & digno TE sat honore beat!
Gratulor in Christi laudem feliciter omnes
Conatus cedant, in decus atque TVI.

Doctissimo & Clarissimo Domino Doctorando,
Amico singulari gratulabundus apposuit

HEINRICVS BERNHARDVS BECKER

Saltzdetfurtenfis

L.L.Cultor.

Also wirst Du werther Freund hier den Do-
ktor-Hut erlangen?
Also endest Du den Lauf/ wo Du ihn erst angefangen?
Julia hat Grund gelegt zu der Heilungs-Wissen-
schaft/
Julia hat sie vergrößert/ Julia besitzt die Kraft
Dir vor Deinen treuen Fleiß den verdienten Kranz
zu winden;
Und Du lässest Dich dazu auch nicht unbereitet finden:
Denn Du ziehest viele Menschen aus der Finsterniß
und Nacht/
Untersuchst den Stein der Weisen/ welcher manchen
Thoren macht;
Ja Du wilt Dich mit Vernunft an die dunkeln Hel-
denwagen/
Und zerstörst die Praleren/ wenn die Alchymisten
sagen;
Daß man mit den güldnen Tropfen jede Krankheit
heben kan/
Und die heiligen Arzeneien Wunderwerke fast gethan.
Aber

Aber zweifelst Du denn noch? sollten wohl nicht alle
Seuchen
Gleich von einerley Tinktur oder einem Pulver
weichen?
Denn der Krankheit Heer zu tilgen brauchst Du nur
ein einzig Wort
Beh/ und reizze nur die Seele diese treibt sie alle fort.
Doch Du scheinst ja selbst den Stein wahrer Weisen
zu besitzen
Und derselbe wird Dir auch künftig in den Curen
nützen
Weil Du ganz gewis dareinsten öfters jede Krankheit
heilst/
Und durch Deine Wissenschaften allen Kranken Rath
ertheilst.
Aber soltest Du wohl nicht hiedurch Gold zu machen
wissen?
Ja Hygea wird Dir auch dieses künftig lehren
müssen.

Hiedurch wolte sich zu geneigten Andenken empfehlen
und seine Hochachtung bezeugen

J. G. Abel

aus Halberstadt, der Heilungs Gelahrtheit Be-
flüssner, Oppen.

Du nimmst/ Geehrter Freund/ anizt den Doktor-
Tittel/
Und doch verwirfst Du erst der Aerzte beste Mittel.
Du zweifelst/ ob die Kraft von einer Arzeney/
Jemahls ein Polychrest in jeder Krankheit sey.

Doch laß **Dir** nur das Buch des **Hallschen** Richters
zeigen/

So wirst **Du** sehn/ das dis den heiligen Mitteln eigen/
Betrachte nur einmahl allein die Gold-Tinctur/

So findest **Du** gewis die allerbeste Spur/
Wie jede Krankheit oft mit diesen schlechten Dingen
Geschickt gehoben sey. Dis muß ja Vorthail bringen.

Doch hättest **Du** den Stein der Weisen nur entdeckt
So würdest **Du** auch sehn/ was in demselben steckt;
Gold stärket die Natur/ Gold kan die Seele rühren/
Kanst **Du** auch äußerlich nur gut mit Golde schmie-
ren/

So fällt die Blindheit weg/ so hört die Taubheit auf;
Gold/ Gold/ befördert recht des jungen Doctors Lauf.
Gold schreit die ganze Welt; wirst **Du** dis recht ver-
theilen/

So wirst **Du** ganz gewis auch jeden Kranken heilen.
Jedoch ich zweifle nicht/ daß nicht **Dein** treuer Fleiß
Den Stein der Weisen noch einst zu erfinden weiß/
Der jede Krankheit heilt/ und Geld die Fülle bringet;
Zumahl wenn man dareinst **Dein** Hochzeit-Fest be-
singt.

Dieses wenige hat dem Geehrten Herren Doctoran-
do zum steten Andenken hieselbst. beyfügen
wollen

Michael Glöck,

aus dem Groß-Herzogthum Lithauen, Opp.

Das Glück so **Deine** Scheitel ziert
Und **Dir** mit allem Recht gebührt /
Erweckt mir gleichfals viel Ergötzen:

Die

Die teutsche Redlichkeit und Treu
Tritt meinen frommen Wünschen bey/
Die Vorsicht soll Dich höher setzen/
Und trifft mein Wünschen ein/ so muß es bald geschehen
Dich wird == Du weist es schon/ die zweyte Hand er-
höhen.

Mein Freund!

So schlecht diese Zeilen auch beschaffen sind, sollen sie
doch zum Zeichen einer wahren Freude wegen
Deiner erhaltenen Würde dienen: Lebe be-
ständig so, wie es Dir von Herzen wünschet
Dein ergebenster

P. B.

L.L. & Politic. Cult.
Opp.

Wer Fleiß und Klugheit stets verbindet/
Wer sich in Wissenschaften gründet/
Dem steht der Lohn noch eins so schön;
Dem aufgeblasnen Unverstande
Dient Ring und Würde nur zur Schande/
Und wird ihn nimmermehr erhöh.

HochEdler Freund / Du triffst es besser/
Dein Lob wird durch das erstre grösser.
Und Dein Gewissen beißt Dich nicht.
Du wirst hinfort durch Dein Bemühen
Die angenehmsten Früchte ziehen/
Die Dir Hygäens Hand verspricht.

Dem HochEdl. Herrn Doctorandas empfiehlt sich
hiedurch

Deffen
ergebenster Diener

Joachim Vincent Stiffer
Der Medicin und W. Besißener.
Oppon.

Die Ehre / so Dich krönt / wird immer besser prau-
gen
Das Gute so Du wünschst / wirst Du dereinst erlan-
gen

Dis ist der kurze Wunsch / der mir im Herzen liegt;
Ich schließ ihn: Lebe wohl! und bleibe stets vergnügt.

Hiermit empfiehlt sich des Herrn Doctorandi geneiz-
ten Andenken

Dionysius Döring

Oppon.

Wer so als Du mein Freund! die Wissenschaften
sucht

Der kriegt für sein Bemühen / die angenehmste Frucht.
Ein Lehrbegierger Sinn wird dies Dir nicht mis-
gönnen /

Vielmehr um solche Frucht zu brechen heftig brennen/
So ist ein edler Geist! Du aber / werther Freund /
Weil doch Dein Glückes Strahl in jenen Fluren scheint
So zeuch denselben nach der Vorsicht hohes Fügen
Beglücke Deinen Zweck / zu Deinem selbst Vergnü-
gen.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte Dem Hochgeehr-
ten Herrn Respondenten zu der rühmlichst
erhaltenen Doktor-Würde Glück wünschen

Dessen
ergebenster Freund und Diener

Carl Friederich Uden

Aus Osterburg in der Altenmarck

Der Heyl. Selartheit Beflissener.

Oppon.

Much ich/ **Beliebter Freund/** ich kann nicht länger
schweigen/
Dein Glück zwinget mich/ die Freude anzuzeigen/
So meine Brust empfindt. Jedoch/ was wünsch ich
Dir/

Da Du durch Dich schon groß/ Dir selber eine Zier/
Und genug erhoben bist? Der Himmel mag Dir Leben
Und alles Wohlergehn noch viele Jahre geben!

Dem geschickten Herrn Doctorando seine aufrich-
tige Hochachtung zu bezeugen schrieb dieses

Desselben

ergebenster Freund und Diener,

M. G. D. Jagow,

aus dem Hildesheimischen, der Rechte Be-
flissener.

Dein Wissen ist gegründet/ Dein Wesen unge-
mein
Drum wird auch einst Dein Glück von grosser Höhe
seyn.

Und darf ich etwas noch in diese Zeilen schenken
So halte mich hinfort im guten Angedenken.

Mit diesem wenigen gratulirte dem Herrn Haupt
zu der rühmlichst erhaltenen Doctor-Würde
Ein ergebener Freund und Diener

J. F. E. Oppermann,

Aus Halberstadt, der R. Best.



9
at

1800

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1890-1891-1892-1893-1894-1895-1896-1897-1898-1899-1900-1901-1902-1903-1904-1905-1906-1907-1908-1909-1910-1911-1912-1913-1914-1915-1916-1917-1918-1919-1920-1921-1922-1923-1924-1925-1926-1927-1928-1929-1930-1931-1932-1933-1934-1935-1936-1937-1938-1939-1940-1941-1942-1943-1944-1945-1946-1947-1948-1949-1950-1951-1952-1953-1954-1955-1956-1957-1958-1959-1960-1961-1962-1963-1964-1965-1966-1967-1968-1969-1970-1971-1972-1973-1974-1975-1976-1977-1978-1979-1980-1981-1982-1983-1984-1985-1986-1987-1988-1989-1990-1991-1992-1993-1994-1995-1996-1997-1998-1999-2000-2001-2002-2003-2004-2005-2006-2007-2008-2009-2010-2011-2012-2013-2014-2015-2016-2017-2018-2019-2020-2021-2022-2023-2024-2025-2026-2027-2028-2029-2030-2031-2032-2033-2034-2035-2036-2037-2038-2039-2040-2041-2042-2043-2044-2045-2046-2047-2048-2049-2050-2051-2052-2053-2054-2055-2056-2057-2058-2059-2060-2061-2062-2063-2064-2065-2066-2067-2068-2069-2070-2071-2072-2073-2074-2075-2076-2077-2078-2079-2080-2081-2082-2083-2084-2085-2086-2087-2088-2089-2090-2091-2092-2093-2094-2095-2096-2097-2098-2099-2100-2101-2102-2103-2104-2105-2106-2107-2108-2109-2110-2111-2112-2113-2114-2115-2116-2117-2118-2119-2120-2121-2122-2123-2124-2125-2126-2127-2128-2129-2130-2131-2132-2133-2134-2135-2136-2137-2138-2139-2140-2141-2142-2143-2144-2145-2146-2147-2148-2149-2150-2151-2152-2153-2154-2155-2156-2157-2158-2159-2160-2161-2162-2163-2164-2165-2166-2167-2168-2169-2170-2171-2172-2173-2174-2175-2176-2177-2178-2179-2180-2181-2182-2183-2184-2185-2186-2187-2188-2189-2190-2191-2192-2193-2194-2195-2196-2197-2198-2199-2200-2201-2202-2203-2204-2205-2206-2207-2208-2209-2210-2211-2212-2213-2214-2215-2216-2217-2218-2219-2220-2221-2222-2223-2224-2225-2226-2227-2228-2229-2230-2231-2232-2233-2234-2235-2236-2237-2238-2239-2240-2241-2242-2243-2244-2245-2246-2247-2248-2249-2250-2251-2252-2253-2254-2255-2256-2257-2258-2259-2260-2261-2262-2263-2264-2265-2266-2267-2268-2269-2270-2271-2272-2273-2274-2275-2276-2277-2278-2279-2280-2281-2282-2283-2284-2285-2286-2287-2288-2289-2290-2291-2292-2293-2294-2295-2296-2297-2298-2299-2300-2301-2302-2303-2304-2305-2306-2307-2308-2309-2310-2311-2312-2313-2314-2315-2316-2317-2318-2319-2320-2321-2322-2323-2324-2325-2326-2327-2328-2329-2330-2331-2332-2333-2334-2335-2336-2337-2338-2339-2340-2341-2342-2343-2344-2345-2346-2347-2348-2349-2350-2351-2352-2353-2354-2355-2356-2357-2358-2359-2360-2361-2362-2363-2364-2365-2366-2367-2368-2369-2370-2371-2372-2373-2374-2375-2376-2377-2378-2379-2380-2381-2382-2383-2384-2385-2386-2387-2388-2389-2390-2391-2392-2393-2394-2395-2396-2397-2398-2399-2400-2401-2402-2403-2404-2405-2406-2407-2408-2409-2410-2411-2412-2413-2414-2415-2416-2417-2418-2419-2420-2421-2422-2423-2424-2425-2426-2427-2428-2429-2430-2431-2432-2433-2434-2435-2436-2437-2438-2439-2440-2441-2442-2443-2444-2445-2446-2447-2448-2449-2450-2451-2452-2453-2454-2455-2456-2457-2458-2459-2460-2461-2462-2463-2464-2465-2466-2467-2468-2469-2470-2471-2472-2473-2474-2475-2476-2477-2478-2479-2480-2481-2482-2483-2484-2485-2486-2487-2488-2489-2490-2491-2492-2493-2494-2495-2496-2497-2498-2499-2500-2501-2502-2503-2504-2505-2506-2507-2508-2509-2510-2511-2512-2513-2514-2515-2516-2517-2518-2519-2520-2521-2522-2523-2524-2525-2526-2527-2528-2529-2530-2531-2532-2533-2534-2535-2536-2537-2538-2539-2540-2541-2542-2543-2544-2545-2546-2547-2548-2549-2550-2551-2552-2553-2554-2555-2556-2557-2558-2559-2560-2561-2562-2563-2564-2565-2566-2567-2568-2569-2570-2571-2572-2573-2574-2575-2576-2577-2578-2579-2580-2581-2582-2583-2584-2585-2586-2587-2588-2589-2590-2591-2592-2593-2594-2595-2596-2597-2598-2599-2600-2601-2602-2603-2604-2605-2606-2607-2608-2609-2610-2611-2612-2613-2614-2615-2616-2617-2618-2619-2620-2621-2622-2623-2624-2625-2626-2627-2628-2629-2630-2631-2632-2633-2634-2635-2636-2637-2638-2639-2640-2641-2642-2643-2644-2645-2646-2647-2648-2649-2650-2651-2652-2653-2654-2655-2656-2657-2658-2659-2660-2661-2662-2663-2664-2665-2666-2667-2668-2669-2670-2671-2672-2673-2674-2675-2676-2677-2678-2679-2680-2681-2682-2683-2684-2685-2686-2687-2688-2689-2690-2691-2692-2693-2694-2695-2696-2697-2698-2699-2700-2701-2702-2703-2704-2705-2706-2707-2708

